



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

40. De ordinatione Episcopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

impleverit annos , nullo modo Presbyter or- Martin. Bras.  
dinetur , et si valde sit dignus : quia ipse Do- c. 20.  
minus in tricesimo anno baptizatus est , & sic Burchard. lib.  
cœpit docere. Oportet ergo eum qui ordinan- 2. c. 10.  
dus est usque ad hanc ætatem legitimam con-  
servari.

De ordinatione Episcopi. *Ex Concilio Tole-*  
*tano i v. capitulo xix.*

X L. Pernicosa consuetudo nequaquam  
reticenda , quæ majorum statuta præteriens ,  
omnem Ecclesiæ ordinem perturbavit , dum  
alij per ambitum sacerdotium appetunt , alij  
oblatis muneribus pontificatum assumunt ,  
nonnulli etiam sceleribus implicati , vel secu-  
lari militiae dediti , indigni ad honorem summi  
facri ordinis pervenerunt. De quorum scilicet  
causa atque remotione oportuerat quidem sta-  
tuendum. Sed ne perturbatio quamplurima  
Ecclesiæ oriatur , præteritis omissis , deinceps  
qui non promoteantur ad sacerdotium ex re-  
gulis canonum necessariò credimus inseren-  
dum. id est . qui in aliquo crimine detecti sunt ,  
qui infamiae nota aspersi sunt , qui scelera ali-  
qua per publicam pœnitentiam admisisse con-  
fessi sunt , qui in hæresi baptizati aut rebapti-  
zati esse notantur , qui semetipso abscede-  
runt , aut naturaliter membrorum defectu vel  
defectione aliquid minus habere noscuntur ,  
qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti  
sunt , aut numerosa conjugia frequentave-  
runt , qui viduam vel à marito relietam duxer-  
unt , aut corruptarum mariti fuerunt , qui con-  
cubinas ad fornicationes habuerunt , qui ser-

Cc

402 PRIMA APPENDIX  
vili conditione obnoxij sunt , qui ignoti sunt ,  
qui neophyti vel laici sunt , qui seculari mili-  
tiæ dediti sunt , qui curiæ nexibus obligati  
sunt , qui inscij litterarum sunt , qui nondum  
ad triginta annos pervenerunt , qui per gradus  
ecclesiasticos non accesserunt , qui ambitu ho-  
norem quærunt , qui muneribus honorem ob-  
tinere moliuntur , qui à decessoribus in sacer-  
dotium eliguntur . Sed nec ille deinceps sacer-  
dos erit quem nec clerus nec populus propria  
civitatis elegerit , vel auctoritas Metropolita-  
ni vel comprovincialium sacerdotum accessio  
exquisivit . Quicunque igitur deinceps ad or-  
dinem sacerdotij postulatur , & in his quæ præ-  
dicta sunt exquisitus , in nullo horum depre-  
hensus fuerit , examinatus , probabili vita at-  
que doctrina extiterit , tunc secundum syno-  
dalia vel decretalia constituta cum omnium  
Clericorum vel civium voluntate ab universis  
comprovincialibus Episcopis aut certè à tribus  
in die dominica consecrabitur , conibentibus  
litteris suis qui absentes sunt , & magis auto-  
ritate vel præsentia ejus qui est in metropoli  
constitutus . Episcopus autem cum compro-  
vincialibus consecrandus est ubi Metropolitanus  
elegerit . Metropolitanus autem non nisi in  
civitate metropoli , comprovincialibus ibidem  
convenientibus . Si quis autem deinceps con-  
tra prædicta vetita canonum ad gradum sacer-  
dotij indignus aspirare contenderit , cum ordi-  
natoribus suis adepti honoris periculo subja-  
cebit .